



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars III. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Cyrilli Episcopi Alexandrini ad Maximianum episcopum
Constantinopolitanum epistola.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15241

ANNO CHRISTI 431

καὶ τῆς ἀπὸ αὐτοῦ γραφείσης πρὸς με-
 τὰ τὴν ἀναθεματισμῶν τῶν Νεστορίου
 δυσφημιῶν, καὶ τῆς καταρέσεως αὐτοῦ,
 πρὸς βιμάδην ἀκριβῆ τῆς σῆς τελει-
 οτήτος. καὶ ἐστὶν ἐπιστολὰς πέρα τῶ-
 ντας θεωρομίζετω μηδεὶς. πρὸς ὅπε-
 ρὶ τῶν σοὶ ἀδελφότητά. σὲ ἢ σοὶ
 ἡμῖν ἐν * Χριστῷ πρὸς σωτηρίαν.

* κωδ.

ΚΥΡΙΑΛΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Ἀλεξανδρείας πρὸς Μαξιμιανὸν
 Ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως
 Ἐπιστολή.

Τῶν ὁσιωτάτων καὶ ἀγιωτάτων δεσποτῶν
 ἐμῶν, θεοφιλοτάτων, πατρῶν Μα-
 ξιμιανῶν, Κύριλλος ἐν κωδὶκῷ
 χαίρειν.

ΟΥΚ ἔστι ἀμφίβολον, ὅτι πάντη
 τε καὶ πάντως αἱ τῆς σῆς ὁσιότη-
 τος ἰσχύσεις πρὸς σευχὰς· κατανθίει
 γὰρ ἐπιμίως τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν ὁ
 πάντων ἡμῶν σωτὴρ· ὡς ἔκαστον καὶ
 ἐπὶ τούτῳ χαίροντά τε καὶ ἀνα-
 σκιρτῶντα λέγειν· ἤκουσεν ἐν ναοῦ
 ἁγίου αὐτοῦ φωνῆς μου· καὶ ἠκραυ-
 γή μου ἐνώπιον αὐτοῦ· εἰσελθούσεται
 εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ. ἰδοὺ γὰρ ἰδοὺ ἔ-
 δεασασμένα μέλη τοῦ τῆς ἐκκλη-
 σίας σώματος σιμήθησαν πάλιν διη-
 λοῖς· καὶ διατέμνεται μὴ οὐδὲν εἰς
 διχόνοιαν τῶν ἱερουργουῶν τῶν δι-
 αγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, μᾶ δὲ ὅτι
 πάντες σεφθνοῦμεθα πᾶσι, ὅτι τῶν
 ἀνοσιῶν ὀρετῶν Νεστορίου ἐξω τῶν
 ἱερῶν ἐλάσαντες περὶ βόλων, καὶ
 ἀγέλης ἀγχοῖς ἀποστήσαντες ὅτι ψευ-
 δοποιμήσα. γέρονε δὲ καὶ * τὸ ἐν
 τῶν ὁσίων κατὰ δῶμα πρὸς σευχῶν.
 Concil. Tom. 6.

* ἴτι *

tum illius rursum, quæ de a-
 nathematismo blasphemiarum
 Nestorii, deque eiusdem de-
 positione ipse ad me misit: ut
 integritas tua hæc omnia quam
 exactissime pernoscat; nec vl-
 las alias literas præter has quif-
 piam proferat. Saluta quæ te-
 cum est fraternitatem. Te no-
 stra in Domino salutatur.

CYRILLI EPISCOPI

Alexandrini ad Maximia-
 num episcopum Constanti-
 nopolitanum epistola.

*Religiosissimo sanctissimoque
 domino meo Maximiano
 archiepiscopo & patri, Cy-
 rillus in Domino salutem.*

UVBIVM plane nullum e-
 rat, quin sanctitatis tuæ
 preces omnino efficaces essent:
 quandoquidem Saluator om-
 nium prompte alacriterque co-
 rum votis annuere solet, qui
 ipsum diligunt, ita ut eam ob-
 rem quilibet cum lætitia &
 exultatione dicere queat: Ex-
 audiuit de templo sancto suo vo-
 cem meam, & clamor meus in
 conspectu eius introibit in aures
 eius. Ecce enim, ecce diuulsa
 ecclesiastici corporis membra
 rursum inter se coadunata sunt,
 & iam nihil reliquum est, quod
 ministros euangelii Christi per
 discordiam seiungat. Omnes
 autem vna fide ornatur, cum
 Nestorium impietatum inuen-
 torem e sacris septis expuli-
 mus, & falsum pastorem a
 nobili grege seclusimus. Et
 hoc quoque præclarum opus
 tuis precibus perfectum est.
 Zz ij

C. XXXIX.

fol. 17.

Cum ergo piissimi imperatores de pace ecclesiarum curam per-
necessariam susceperint, nos-
que ipsi ut id e medio faceffe-
ret, quod nos diuidebat, ac in
discordia detinebat, & pax Deo
gratissima lucis instar effulge-
ret, summis votis expeteremus;
cumque sanctissimus Deoque
dilectissimus Ioannes Antio-
chia episcopus, & ceteri qui
cum ipso sunt reuerendissimi
episcopi scripto confessi essent,
se Nestorii depositionem ratam
habere, impiasque illius bla-
sphemias anathematizare; lite-
ras communionis tum ad ipsius
pietatem, tum ad ceteros quo-
que episcopos misi: atque ita
sanctitate tua, reliquisque om-
nibus, ex quibus perfectum
sanctæ Synodi corpus constitu-
tum est, ad hoc annuentibus &
concurrentibus, reducti sumus
ad concordiam. Non enim ap-
pud nos contentio aut concer-
tatio regnat; sed vnum omnes
scopum ad pacem spectantem
propositum habuimus. Et si
quidem voluissent illi, qui ini-
tio per discordiam a nobis descii-
uerunt, seque a nobis separa-
runt, nulla vnquam contentio
ac discordia ecclesiarum exti-
tisset. Verumtamen benedi-
ctus Saluator noster, qui hanc
tempestatem sedauit, concor-
diaque tranquillitatem resti-
tuit, idque per preces & inter-
cessionem sanctitatis tuæ & alio-
rum omnium, qui rectam sin-
ceramque fidem habentes, in
spiritu & veritate adorationem
ac seruitutem ipsi deferunt.

ἐπεὶ τῶν φρονίμων ἀναγκαῖα γέ-
ρονε καὶ τοῖς δυσσεβάτοις βασιλεύσιν
ὡς ἐπὶ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνη, εὐχό-
μεθα δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ γυνέσθαι
μὴ ἐν μέσσοις τὸ διατεχνῆσθαι καὶ δια-
τέμνον ἡμαῖς εἰς διαφορὰν, ἀνα-
λάμψαι δὲ φωτὸς δίκην θεῶν φιλο-
τάτην εἰρήνην, ὁμολογησάντων ἐγ-
γραφέως, τῆς θεοφιλεστάτου & θεοσε-
βεστάτου τῆς Αντιοχείων ἐκκλησίας Ιω-
άννου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ διασεβαστά-
των ἐπισκόπων, ὅτι καθηρημένῳ
ἔχοισι Νεστόριον, καὶ ἀναθεματί-
ζοισι τὰς ἀνοσίους αὐτοῦ δυσφημίας,
πέπομφα γράμματα πρὸς πᾶσι
θεοσεβείαν αὐτοῦ καὶ εὐδὸν ἄλλοις ἐπι-
σκόποις κοινωτικὰ καὶ σωτήριον
εἰς ὁμόνοιαν, συντρέχουσης πρὸς
τῆς καὶ τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ ἀπαί-
των τῶν ἄλλων, ὅτι ὡς τῆς ἁγίας
συνόδου γέρονε πλήρωμα. οὐ γὰρ
ἔεις ἐστὶ φιλονεικία κρατεῖ παρ' ἡμῖν,
ἀλλ' ἓνα σκοπὸν ἅπαντες ἐζητήμεν
πρὸς εἰρήνην βλέποντες. καὶ εἴπερ
ἠδέλησαν ὅτι ὅτι δὲ γὰρ ἡμῖν διζηνοῦ-
σαντες, καὶ ἑαυτοῖς ἡμῶν δόξα μόν-
τες, οὐδὲν ὅλως γέρονε τις ἔεις
καὶ διαφορὰ τῶν ἐκκλησιῶν. πᾶσι
διλογητὸς ὁ σωτὴρ, ὁ ὅτι χριστὸν
καταπαύσας, καὶ πᾶσι τῆς ὁμοψυχίας
ἡμῖν ἀπαύσας γαλιλέω διζαῖς καὶ
πρεσβείαις τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ τῶν
ἄλλων δὲ πάντων, ὅσοι πίστιν ἔχοντες
ὀρθῶς καὶ εὐκρινῶς πᾶσι ἐν πνεύματι
& ἀληθείᾳ προσκυνῶσιν ἐλατρεῖον
πελοῦσιν αὐτῷ.